



Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Dagoberti Regis diploma.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

morei omnium pñne Regum Galliæ, quos
non semel magna cum admiratione ipsi spe-
ctauimus, cum Lutetiæ negotiorum caussa
anno 1610. versaremur.

DAGOBERTI REGIS diploma.

DAgobertus Rex Francorum, vir illu-
ster omnibus Episcopis, Abbatibus, Co-
mitibus, Ducibus, Vicarijs, Centenarijs, Acto-
ribus, Iudicibus, & cunctis in vniuerso re-
gno Francorum principatum agentibus. Si ea
quaæ ad reverentiam locorum sanctorum Dei,
& tutamentum mancipiorum ad ea pertinen-
tium attinere videntur regia censura decer-
minus, iuste quidem agere videmur: ac
proinde nos habituros æternæ remunerati-
onis apud Deum mercedem sine dubio spe-
ramus. Quapropter præsentium atque futu-
rorum sagacitas nouerit, quod ad petitio-
nem Domini Chuualdi venerabilis Abba-
tis & fratrum monachorum monasterij san-
cti ac beatissimè peculiaris patroni no-
stri DOMINI Dionysij Martyris, v-
bi ipse Dominus in corpore requiescit v-
na cum suis præclaris socijs Rustico &
Eleutherio Martyribus, de copulationibus

manciporum, seruorum & ancillarum, & eorundem sanctorum venerabilium Martyrum, & aliorum omnium vniuersaliter hominum in toto regno à Deo nobis commisso consistentium, seu etiam nostrorum, seu quorumlibet hominum cuiuscumque dignitatis, ordinis, & potestatis existenterint, hanc per hoc nostræ dignitatis præceptum constituentes, sancimus, ut à modo per omnia seculi præsentis futura tempora quicunque mancipiorum siue seruorum, & ancillarum, præfatorum Martyrum, siue masculis siue femina q' alicumque pacto seu legitimo seu furtivo complexu prolem genuerit, addiderit atque propagauerit, ex tunc & semper absque participe vel diuisore quolibet irrefragabiliter ad supradictorum sanctorum Martyrum potestatem, cum omni prole sua reuocentur atque subdantur, & lege mancipiorum ecclesiasticorum sub præfati Abbatis & successorum illius monachorum in iam dicto monasterio Deo seruientium ditionem perpetualiter mancipentur. Si quis verò contra hoc meæ maiestatis decretum præsumperit, & quod amore iustitiae decernimus infringerit, & quoquo pacto violauerit; legibus arctatus, auri purissimi decem libras ac argenti probatissimi pondo viginti ad pensum nostri palatiū soluere cogatur, & eorundem mancipiorum, si liber est, teneatur; si verò seruus idem soluat, & centum quinquaginta ictibus in publico coram iudi-

indicibus feriatur. Ut verò hoc nostræ præcepti-
onis decretum inconcussum permaneat, atque
plenorem vigorem accipiens inviolabiliter per
futura tempora conseruetur, nostræ dignitatis
anulo insigniri præcepimus. Datum anno decimo
regni Domini nostri Dagoberti glorioſissimi
Francorum Regis. Dado regiae dignitatis Can-
cellarius recognouit, legit & relegit.

Ceterum Dado iste idem est qui S. Andrenus
Polomagensis Archiepiscopus, Dagoberti
olim Regis Cancellarius.

De huius monasterij primis initijs ita legitur a-
pud Sigebertum in Chronico.

Anno 629. Dagobertus iram patris sui
Lotearij Regis meritus, quia consiliarium
eius cœsum & detonsum de honestauerat; Pari-
süs ad Ecclesiā S. Dionisij confugit, & quia inde
nullo modo extrahi potuit, locum illum semper
cordi habuit. Ita Sigebertus. Et hac de causa
sancto Dionysio deuotus, monasterium illi funda-
uit solemnissimum, sanctorum Martyrum memo-
rias auro, & gemnis pretiosissimis ador-
nando. Ita Chronicō bertinense
manuscriptum.

{ : o : }



G 3

CAP.